Werk

Titel: Ein Beitrag zur Bibliothekenlehre im XVII. Jahrhunderte

Ort: Dresden

Jahr: 1856

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345571991_1856|log25

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

1 ruthenische, 18 italienische, 4 ungarische, 2 romanische, 1 armenische und 1 griechische; die nichtpolitischen in 115 deutsche, 7 czechische, 4 polnische, 2 ruthenische, 3 slovenische, 3 kroatische, 64 italienische und 14 ungarische. Die 160 in deutscher Sprache verfassten periodischen Schriften Oesterreichs bilden nur einen sehr kleinen Theil des grossen deutschen Zeitschriftencontingents, der sich füglich auf mehr als 2000 Druckschriften berechnen lässt. Im Preussischen Preis-Courante, wo sich zusammen 1921 periodische Schriften in deutscher und anderen Sprachen aufgeführt finden, sind zwar nur 1404 deutsche genannt; allein im Sächsischen Preis-Courante begegnet man unter den 2798 Nummern, welche dort aufgezählt sind, 2100 deutschen.

Wenn der Staat übrigens alle Ursache hat, die periodische Litteratur wegen ihrer grossen Bedeutung für das praktische Leben und ihres Einflusses auf dasselbe mit besonderer Sorgfalt und Aufmerksamkeit im Auge zu behalten, um namentlich die von Seiten der periodischen Presse dem Staate und seinen Angehörigen möglicher Weise drohendem Nachtheile abzuwenden, so hat auch der Staat auf mancherlei Art von der periodischen Litteratur Vortheile zu ziehen gewusst. Einen dieser Vortheile geniesst der Staat in der Steuer, welche man hier und da den Zeit- und anderen ähnlichen Schriften auferlegt hat. Die Zahl dieser steuerpflichtigen Schriften ist gar nicht unbedeutend: unter den besteuerten sind nicht blos alle politische, sondern auch ein sehr grosser Theil der nichtpolitischen Zeitschriften mit inbegriffen. In Preussen sind z. B. von 1404 deutschen nicht weniger als 298 politische und 619 nichtpolitische, also zusammen 917 steuerpflichtig. Von 264 Französischen Zeitschriften haben in Preussen ferner 69 politische und 55 nichtpolitische, von 129 Englischen 63 politische und 47 nichtpolitische und von 124 Schriften in anderen fremden Sprachen 73 politische und 17 nichtpolitische Steuern zu zahlen — was, zumal wenn wie in Preussen die Steuersätze eine ziemliche Höhe haben, dem Staate natürlich einen sehr erheblichen Vortheil abwirft.

[89.] **Ein Beitrag zur Bibliothekenlehre** im XVII. Jahrhunderte.

Der gelehrte Däne Johannes Rhode hat, ungewiss ob aus eigenem Antriebe oder von dem Präfecten der Stadt Padua Aluise Valaresso dazu aufgefordert, über die Einrichtung und Verwaltung einer Bibliothek sein Gutachten abgegeben, welches so interessant und in Ansehung des Standes der Bibliothekenlehre im XVII. Jahrhunderte so unterrichtend ist, dass ich nicht unterlassen kann, dasselbe den Lesern des Anzeigers hier mit-

zutheilen. Zwar ist das Gutachten vom Dr. Hoffmann in Hamburg, aus der in der dortigen Stadtbibliothek befindlichen Abschrift, bereits in der von den Beamten der Stadtbibliothek dem Bibliothekar Professor Dr. Petersen am 6. Januar 1856 überreichten Gratulationsschrift und daraus auch in einigen wenigen Exemplaren besonders abgedruckt worden, ich glaube aber, dass weder die Gratulationsschrift, noch der besondere Abdruck diejenige Verbreitung finden werde, welche für das weitere Bekanntwerden des Gutachtens wünschenswerth ist. Ich erlaube mir daher, dasselbe nach der Hoffmann'schen Ausgabe, jedoch unter Wegfall der dort hinzugefügten gelehrten Anmerkungen des Herausgebers, hier nochmals abdrucken zu lassen. Es lautet wie folgt:

Hypotyposis Bibliothecae Publicae
Jll^mo^ et Excell^mo^ Dn. Aloisio Valaresso, Equiti, Sereniss. Reip. Venetae Senatori, Ampliss^mo^ Urbis Patavinae Praefecto vigilant^mo^, Mecoenati Magno, delineata. A°. CIↃ IↃC. XXXI.

Pythagoram, sapientiae nomine divinum, disciplinae politicae inventorem, ad Concordiam, Musarum aliquod sacrarium Crotoniatis exstruendum suasisse, autor est in ipsius vita Jamblichus. Sancte et prudenter. Harum namque auspiciis non minus consilio quam virtute res geritur publica, ministrante utrique ingenio, cujus ignea vis cuncta temperat. Equidem Romanis dominio late potentibus ingenia fecisse creditur Asinius Pollio bibliothecam excitans. Quid tibi, Senator Amplissime, subito afflictissimae urbis incendio, summa in patriam pietate, non minora volventi debebunt literae, grata testabitur posteritas; neque olim silebunt Musae, etiam quae ultra Alpes hospitantur, quaeque supra mortalium fidem ultima Thule exsurgunt. Tanta animum toga sagoque sublimem sequitur gloria, quem publici commodi cura indefesso labore fatigat. Patere igitur, quae forsan haec ipsa sui varietate memoriae subtraxit, rudi quidem, fida tamen et mediocri rerum usu parta hanc in rem adumbratione, Tuae subjici perspicaciae; eamque praecoci tentamento da veniam, quam meus Tibi facilem pollicetur animus, qui ex bonae famae praeconio longe sparso de Tua benignitate jamdudum concepit maxima.

Bibliothecam, quae et apud Graecos et apud Latinos tam librorum magnus per se numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellatur, Gellius latine librariam dixit, nostri seculi quidam librorum repositorium. At Domitius Piso apud Plinium non libros, sed thesauros aestimabat. Idemque multis post seculis Laurentius Mediceus, non tam quod magnam aeris vim profudisset iis in Graecia perquirendis, quam quod abditos thesauri instar e tenebris in lucem pertraxisset.

Locus itaque tanti depositi pretium ut aequet, sacer esto, nullisque naturae aut malevolorum injuriis expositus, adeoque publicus, in urbis centro conspicuus et quantum licet insularis, eminens, non humilis, in Orientem et Occidentem protensus; non solum praesenti, sed futurae quoque necessitati capacitate respondens, crebris fenestris clathratis undique solem admittens, quidquid de sole oriente suggesserit Vitruvius.

Janua aditus pateat gemina, exteriore valvis ferratis bene munita, in vestibulum; interiore huic directe objecta, in atrium ipsum.

Serenissimi Ducis et Ill^morum^ et Excell^morum^ Rectorum insignibus foris inscriptionem superliminare ornari, ad memoriam et venerationem conferet.

Vestibulum intus eorundem simulacris tabulisque geographicis universalibus, recens Amsterodami editis, ad elegantiam atque eruditionem. Quod lectioni quoniam dicatum erit advenarum: sedes hic bibliothecae praefecto peculiaris esto, ex qua, mensae accumbens, singulos observare possit. Mensa longior ad librorum mundiciem et assidentium delectationem panno viridi strata, utrinque ita sit disposita, ut pro praefecto cum custode in medio libera sit ambulatio. Harum quaelibet aliquot pluteos similiter instructos sustineat, ne majora volumina a crebra jactatione quicquam patiantur.

In atrio prope ostium sit mensa, in qua reponantur libri quotidie legentibus concessi. Hic quoque in peculiari capsula inferius memoranda condantur inventaria. Armaria probe munita ad latera collocentur. Horum, quae libros continebunt, majora, frontispicio materiam proferant aureis literis. In singulis autem forulorum series inferiores libris grandiusculis servient, mediae mediocribus, supremae minoribus, juxta suos gradus: haeque omnes suis interstinctae loculamentis, ad robur asserum et memoriae subsidium.

In fine sint paulo minora, quorum I. globo terrestri et coelesti, sphaerae armillari aeneae, astrolabio, quadranti, circulo proportionis, caeterisque instrumentis mathematicis saltem usitatioribus destinetur; II. instrumentis musicis; III. instrumentis chirurgicis, valvulis vitreis perspicuum; IV. utriusque sexus sceletis minoribus et majoribus ac notae melioris mumiae, emblematis distinctum; V. fossilibus aliisque naturalibus rarioribus.

Pluteos in medio parum commodos crediderim, quia usui operosiores et catenulis novisque involucris non sine librorum damno sumptuosiores, ut taceam a pulvere malisque manibus minus tutos; neque hisque, nisi majora tantum reponi volumina, adeoque reliqua loco editiore omnino seponenda, quod certe omnem inverteret ordinem, qui dispositionis anima.

Subter laquearibus suo quaeque armario immineant vivae eorum effigies, qui in sua facultate eminuerunt. Veterum exempla poterunt ex Vaticano peti sumptibus non usque magnis; exterorum, suis pariter locis; indigenarum, impensis haeredum S. C. autoritate huc transportandae.

Libri typis vulgati curiose et magno judicio exquirendi per occasionem, quae caeteroquin praeceps nunc tot doctorum fatis obvia.

Jureconsultis laudabile initium dedit Excell^{mus} Dn. Sylvaticus. Rarum hoc liberalitatis exemplum forsan et alios in sui aemulationem trahet.

Theologi s. Patres temporis successu ex bibliopoliis hinc inde comparentur. Medicorum delectum praebebunt bibliotheca Prevotii et Sforzae; Historicorum Bellonii haeredes. Philologos et Polyhistores reliquit Osius, quos erudita curiositate augebunt chara quondam Pignorii multiscii pignora, modo venundentur. Venetiis in officina ad Europae insigne non contemnendam notavi pridem Grammaticorum et Rhetorum farraginem, quam multo tempore Cerutus, ille literator veronensis, congesserat. Vidi quoque inibi varios codices manuscriptos, at magnam partem jam typis vulgatos, non multae quidem vetustatis, suo tamen ob quaedam glossemata aestimio pares. Caeteri legitimi charius habendi; quin apud Magnates et Senatores impetrandi, locisque ultramarinis a legatis investigandi. Neque alienum fortassis apud Coenobitas idem tentasse, quibus plerumque neglectae disciplinae spectaculum praebent; verum cum delectu. Multum quoque ad institutum erit, vicinis in locis a bibliothecae praefecto omnis generis libros publicis impensis colligi. Nec bibliopolis serenissimo Dominio subditis, quorum titulo boni autores vulgati, grave erit, singulorum exemplum apud suum Magistratum deponere, ut junctim Patavium intra mensem transmittantur. Idque rescripto ducali quotannis continuandum. Qui citra Dominium in Italia prostant, Mediolano, Ferraria, Florentia, Roma, Neapoli petantur. Ultramontani Ambsterodamo atque imprimis Francofurto, unde nihil non exspectandum maxime quod novum. Majestatis accessio a D. Marci bibliotheca magis optanda, quam forte speranda.

Manuscripti, quantumvis pauciores, peculiari armario reponantur, eodem, quo excusi ordine. Qui concinnior aut utilior quam dignitatis sive doctrinae excogitari nequit ullus.

Summo proinde loco occurrunt a dextris Theologi, quos sequuntur Jureconsulti, Medici et Philosophi; ad laevam initium fiat a Philosophis, quos excipiant Historici, Poetae, Oratores, Rhetores, Logici, Philologi, Critici, Grammatici.

In suas singuli classes pro argumenti conditione atque similitudine juxta communem partium ordinem divisi et magni-

tudinis ratione dispositi, in schedula tergo agglutinata numeris notentur arabicis, vulgo cyphris, quorum cuilibet spatium pro augmento relinquatur.

I.

Theologi.

I. Textus Biblici. II. Lexica, Harmoniae. III. Systematici. IV. Interpretes et Expositiones. { Veteres. Recentiores. V. S. Patres. { Graeci Latini. VI. Rabbini. VII. Quaestionarii. { Scolastici. Recentiores. VIII. Homiletici. IX. Concilia. X. Casus conscientiae.

II.

Jureconsulti.

Civiles. Canonici.

Utrique { Veteres. Neoterici.

I. Textuales. II. Lexicographi. III. Systematici. IV. Interpretes. V. Quaestionarii. VI. Consultantes. VII. Constitutiones.

III.

Medici.

Dogmatici. Empirici. Chymici.

Separatim.

Veteres. Graeci. Arabes. Latini. { Barbari. Cultiores. Recentiores.

Speculativi.

In genere. I Systematici. II. Lexicographi. III. Textuales. IV. Interpretes. V. Quaestionarii. VI. Critici.

In specie. I. Botanici quique his affines, Geoponici. II. Anatomici, ad quos omnino transferendae clar. Hieron. Aquapendentis tabulae ad vivum depictae, quaeque apud D. Spigelii vel Bartholeti, quondam anatomici Mantuani, haeredes latere poterunt, ab his diversae. E xysto pisano contextus venosi ac nervosi ideam depingi suadeo, qua nihil elegantius. Hujus exemplum Mantuae olim inter Seren. Principis rariora exstabat. III. Physiologi. IV. Pathologi. V. Semiotici. VI. Therapeutici. VII. Diaetetici. IIX. Chirurgi. IX. Pharmaceutici, quo referuntur dispensatoria et chymicorum processuum autores.

Practici { Mixti. Distracti, quales

I. Febrium scriptores. II. Morborum particularium. III. Historiarum et Observationum autores. IV. Consultationum.

Huc spectant Veterinarii: Veteres. Recentiores.

IV.

Philosophi.

Systematici. Textuales. Interpretes; veteres, neoterici. Graeci. Arabes. Latini.

Polemici. Scholastici. Recentiores.

Universales.

Particulares.

Morales. Ethici hisque affines, Gnomologi. Politici, quo referuntur Rei militaris scriptores. Oeconomici.

Naturales. 1. Historici de fossilibus, animalibus, monstris. 2. Physiognomi. Metoposcopi. Chiromantici.

Mathematici. Arithmetici. Geometrae. Musici. Geographi. Chorographi. Geodetae. Optici, quibus succenturiantur Mechanici, Architectonici, Pictores, Sculptores, Statuarii. Astronomi. Astrologi.

V.

Historici.

Sacri et profani, iique Graeci, Latini, Peregrini, secundum monarchias et aetates.

Universales.

Particulares diversarum gentium.

Utriusque ordinis Chronologi hisce conjungantur peculiari serie. Sequantur distincte familiarum scriptores, heroum et magnorum virorum vitae atque icones; inscriptionum, numismatum autores. Subdantur fabulae et jocularia.

VI.

Poetae.

Veteres { Graeci / Latini } cum suis expositionibus. Recentiores { Latini. / Peregrini.

VII.

Oratores. Pariter.

IIX.

Rhetores.

Graeci / Latini { Veteres / Neoterici { Systematici. / Exegetici. / Polemici.

IX.

Logici. Eodem ordine.

X.

Philologi.

Veteres. Recentiores. Cujus generis Antiquarii, Hieroglyphici, variae eruditionis scriptores.

Hisce conjungantur Bibliothecae diversae typis descriptae. Universales: qualis Veneta, Vaticana, Oxoniensis, Cantabrigensis; Gesneri atque imprimis Draudii, Francofurti in 4° postr. ad To. 2., quibus annuatim addantur bini catalogi Francofurtenses et Lipsienses. Itemque Particulares, cujusmodi medica Schenkii, Spachii etc., nec non Typographorum, ut Juntarum, Raphelengiorum etc., suis singulae locis portandae.

XI.

Critici diversarum linguarum.

XII.

Horum omnium veluti janitores extremi sint Grammatici.

Technologici. Lexicographi. Eruditi Hebraei, Chaldaei, Syri, Arabes, Graeci, Latini.

Peregrini: Itali, Hispani, Galli, Dani, Germani, Belgae, Angli, Poloni, Bohemi, Transylvani, Indi, Turcae.

Addantur Alphabeta diversa, Notae compendiariae, Stenographiae, Ars memoriae.

Hac serie ad ordinis elegantiam et inventionis facilitatem deducti, omnes ad sui conservationem in certos indices referendi, qui pro Praefecti solius usu asserventur.

Primus libros manuscriptos et impressos seorsim exhibebit, secundum magnitudinem distinctos, eo, quo locantur ordine, assignato semper cuique suo numero additoque excusis loco et anno. Ad calcem locus peculiaris instrumentorum aliarumque rerum consignationi vacet.

Alter alphabeticus erit juxta diversas materias, praemisso ubique autoris cognomine, facto a majoribus initio, continuata ad minimos serie, adscripto pariter numero. Singulae autem hujus voluminis paginae suis signentur cyphris: ut crescente sensim librorum copia, syllabus autorum hisce consonus succedat.

Tertius materias ostendet suo jam ordine locatas, subjecto per alphabetum nudo autorum cognomine, qui in proxime praecedentem reducti.

Quartus, elegantioris operae, annorum et mensium serie, gratam eorum posteris transmittet memoriam, qui sua liberalitate praeclarum adeo institutum promoverunt, quive librorum numerum auxerunt. Quorum cognomina itidem in alphabeticum indicem conjicienda, qui pagellis numero correspondeat.